

Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Alleluia.



Deiit Dominus Moses  
duas tabulas lapideas



Repleti sunt omnes Spiritu sancto  
et coeperunt loqui. Alleluia.

et vocant holocaustum  
autem spiritus Domini  
et vocant holocaustum

Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Alleluia.

## ABOUT PENTECOST

*Pentecost commemorates the descent of the Holy Spirit upon the apostles on the fiftieth day of Easter. This day was already a festival in the Jewish tradition, commemorating the giving of the law to Moses upon Mt. Sinai; the Apostles gathered to celebrate that festival, when the Holy Spirit descended upon them and moved them to speak in many languages. While the feast-day commemorates the historical event, it also asks for a descent of the Holy Spirit upon each believer present, and it does it in several ways. The second alleluia of the Mass includes the prayer "Come, Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful; and kindle in them the fire of thy love." This is the only time in the year that at the alleluia verse the entire congregation kneels, awaiting the gifts of the Holy Spirit. The sequence which follows elaborates upon that prayer, enumerating names of the Holy Spirit—Father of the poor, giver of gifts, light of hearts, best consoler, sweet refuge of the soul; and asks for the works of the Spirit—cleansing, moistening, healing, bending, warming, ruling, and ends by asking for the seven-fold gifts. The communion chant evokes particularly vividly the descent of the Holy Spirit, as described in the Acts of the Apostles, "Suddenly there came a sound from heaven as of a mighty wind coming," and it sings it to a melody that imitates the sound of a rushing wind.*

# PENTECOST SUNDAY

INTROIT *Wis. 1: 7; Ps. 67: 2*

**S**piritus Domini replevit orbem terrarum, alleluia: et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. *Ps.* Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. *V.* Gloria Patri . . . Spiritus Domini . . .

**T**he Spirit of the Lord hath filled the whole earth, alleluia; and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia. *Ps.* Let God arise, and his enemies be scattered; and let them that hate him fly before his face. *V.* Glory be to the Father . . . The Spirit of the Lord . . .


## SALUTATION

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.



Amen.

Dominus vobiscum



Et cum spi-ri-tu tu-o.

In the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit.

Amen.

The Lord be with you.

And with thy spirit.

## BLESSING & SPRINKLING OF WATER

### *Blessing of Water*

Domine Deus omnipotens, precibus populi tui adesto propitius; et nobis, mirabile nostræ creationis opus, sed et redemptionis nostræ mirabilis, memorantibus, hanc aquam ✠ benedicere tu dignare. Ipsam enim tu fecisti, ut et arva fecunditate donaret, et levamen corporibus nostris munditiamque præberet. Aquam etiam tuæ ministræ misericordiæ condidisti; nam per ipsam solvisti tui populi servitutem, illiusque sitim in deserto sedasti;

Lord God almighty, mercifully be present to the prayers of thy people; mindful of us, the wondrous work of thy creation and of our more wondrous redemption, deign to bless ✠ this water. Thou hast made it to give fruitfulness to the fields and to offer refreshment and cleansing to our bodies. Thou hast even created water for the ministration of thy mercy; for by it thou hast loosed the servitude of thy people, and quenched their thirst in the desert; through it

per ipsam novum fœdus nuntiaverunt prophetæ, quod eras cum hominibus initurus; per ipsam denique, quam Christus in Jordane sacravit, corruptam naturæ nostræ subsantiam in regenerationis lavacro renovasti. Sit igitur hæc aqua nobis suscepti baptismatis memoria, et cum fratribus nostris, qui sunt in Paschate baptizati, gaudia nos tribuas sociare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

the new covenant was announced of the prophets, which thou wast to initiate with men; finally, through it, made sacred by Christ in the Jordan, thou hast renewed the substance of our corrupt nature in the waters of regeneration. Let this water thus be a memorial of the baptism we have received, and with our brethren who are baptized at Easter, grant us to share their joy, through Christ our Lord. Amen.

### *Blessing of Salt*

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut hanc creaturam salis benedicere ✠ tua pietate digneris, qui per Eliseum prophetam in aquam mitti eam jussisti, ut sanaretur sterilitas aquæ. Præsta, Domine, quæsumus, ut, ubicumque hæc salis et aquæ commixtio fuerit aspersa, omni impugnatione inimici depulsa, præsentia Sancti tui spiritus nos jugiter custodiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Humbly we beseech thee, almighty God, by thy fidelity deign to bless ✠ this creature salt, which thou hast commanded thy prophet Elisha to scatter over the water, that the unfruitfulness of the water be healed. Grant, O Lord, we beseech thee, that wherever this mixture of salt and water be sprinkled, all attack of the enemy being driven away, the presence of thy Holy Spirit may at the same time keep us. Through Christ our Lord. Amen.

### *Antiphon at the Sprinkling* cf. *Ezekiel 47*

Vidi aquam egredientem de templo, a latere dextrò, alleluia: et omnes ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, alleluia.

I saw water coming forth from the temple on the right side, alleluia: and all those to whom this water came were saved, and shall say, alleluia.

### KYRIE ELEISON

Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Lord, have mercy.  
Christ, have mercy.  
Lord, have mercy.

### GLORIA IN EXCELSIS DEO

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam

Glory to God in the highest, and on earth peace to men of good will We praise thee, we bless thee, we worship thee, we glorify thee, we give thee thanks for thy great glory, Lord

gloriam tuam. Domine Deus rex coelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili Unigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Jesu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.


God, heavenly king, God the Father almighty. O Lord, the only begotten Son, Jesus Christ, Lord God, Lamb of God, Son of the Father, thou that takest away the sins of the world, have mercy upon us, thou that takest away the sins of the world, receive our prayer, thou that sittest at the right hand of the Father, have mercy upon us. For thou alone art holy, thou only art Lord, thou only, O Jesus Christ, art most high, together with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

### COLLECT

Deus, qui sacramento festivitatis hodiernæ universam Ecclesiam tuam in omni gente et natione sanctificas, in totam mundi latitudinem Spiritus Sancti dona defunde, et, quod inter ipsa evangelicæ prædicationis exordia operata est divina dignatio, nunc quoque per credentium corda perfunde.

O God, who doest sanctify thy whole Church in all peoples and nations by the sacrament of today's festivity, pour out the gifts of thy Holy Spirit through the breadth of the whole world, and infuse in the hearts of believers those things which thy divine generosity accomplished during the beginnings of the preaching of the gospel.

Verbum Domini.



De- o gra- ti- as.

### LESSON

The word of the Lord.

Thanks be to God.

### ALLELUIA Ps. 103: 30


Alleluia, alleluia. V. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur: et renovabis faciem terræ. Alleluia.

Alleluia, alleluia. V. Send forth thy Spirit, and they shall be created: and thou shalt renew the face of the earth. Alleluia.

## EPISTLE

Verbum Domini.

The word of the Lord.



De- o gra- ti- as.

Thanks be to God.

## ALLELUIA

Alleluia, alleluia. *V. (Hic genuflectitur)*  
Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda  
fidelium: et tui amoris in eis ignem accende.

Alleluia, alleluia. *V. (Here all kneel)* Come,  
O Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful:  
and kindle in them the fire of thy love.

*(be seated for the sequence)*


## SEQUENCE



Ve-ni, Sancte Spi-ri-tus, Et e-mit-te cæ-li-tus Lu-cis tu-æ ra-di-um.  
Ve-ni, pa-ter pau-pe-rum, Ve-ni, da-tor mu-ne-rum, Ve-ni, lumen cor-di-um.




Con-so-la-tor op-ti-me, Dul-cis hospes a-ni-mæ, Dul-ce re-fri-ge-ri-um.  
In la-bo-re re-qui-es, In æ-stu tem-pe-ri-es, In fle-tu so-la-ti-um.




O lux be-a-tis-si-ma, Re-ple cor-dis in-ti-ma Tu-o-rum fi-de-li-um.  
Si-ne tu-o nu-mi-ne, Ni-hil est in ho-mi-ne, Ni-hil est in-no-xi-um.

Come, Holy Spirit, Send forth from on high  
The radiance of thy light.  
Come, Father of the poor, Come, giver of gifts,  
Come light of hearts.  
Thou best Comforter, Sweet guest of our soul,  
Sweet coolness.  
In labor, rest; In heat, refreshment;  
In tears, solace.


O most blessed light, Fill the innermost  
hearts  
Of thy faithful.  
Without thy divine will No good dwells in  
man,  
Nothing is harmless.



La-va quod est sor-didum, Ri-ga quod est a-ridum, Sana quod est sau-ci-um.  
 Flecte quod est ri-gidum, Fo-ve quod est frigidum, Rege quod est de- vi-um.



Da tu- is fi- de- li-bus, In te con-fi-den-ti-bus, Sa-crum sep-te- na- ri- um.  
 Da vir-tu-tis me- ri-tum, Da sa- lu-tis ex- i-tum, Da pe- ren-ne gau-di-um.



A-men, al-le-lu- ia.

Cleanse what is base, Moisten what is parched, Heal what is wounded.  
 Bend what is rigid, Warm what is chilled,  
 Guide what is astray.

Grant thy faithful Confiding in thee,  
 Thy sevenfold gifts.  
 Grant the reward of virtue, Grant a saving death,  
 Grant eternal rejoicing.  
 Amen, alleluia.

GOSPEL

HOMILY

CREDO

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis. (bow here) Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in

I believe in one God, the Father almighty, maker of heaven and earth and of all things visible and invisible. And in one Lord Jesus Christ, the onlybegotten Son of God, born of the Father before all ages; God of God, light of light, true God of true God; begotten, not made; consubstantial with the Father; by whom all things were made. Who for us men and for our salvation came down from heaven. (bow here) And was incarnate by the Holy Spirit of the Virgin Mary, and was made man. He was crucified also for us, suffered under Pontius Pilate, and was buried. And the third day he arose again, according to the Scriptures, and ascended into heaven. He sitteth at the right hand of

venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

glory, to judge the living and the dead, and his kingdom shall have no end. And in the Holy Spirit, the Lord and Giver of life, who proceedeth from the Father and the Son, who together with the Father and the Son is adored and glorified, who spoke by the prophets. And one holy, catholic, and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I expect the resurrection of the dead, and the life of the world to come. Amen.


### INTERCESSIONS

In pace ad Deum Patrem omnipotentem dirigatur oratio.

In peace, let our prayer be directed to God the Father almighty.

... ut nos exaudire digneris:

... that thou wouldst deign to hear us.



Te rogamus, audi nos.

We beseech thee, hear us.

Adesto, Domine, tuo populo supplicanti, ut, quos divini mysterii tribuis esse participes, numquam tuis destituantur auxiliis, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Be present, O Lord, to thy entreating people, that those whom thou dost grant to participate in the divine mysteries may never be destitute of thine assistance, through Christ our Lord. Amen.

### OFFERTORY Ps. 67: 29-30; 5

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. V. Cantate Domino: psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen est illi. R. Tibi offerent reges munera, alleluia.

Confirm this O God, which thou hast wrought in us: from thy temple, which is in Jerusalem, kings shall offer presents to thee, alleluia. V. Sing ye to God, sing a psalm to his name, make a way for him who ascendeth upon the west: the Lord is his name. R. Kings shall offer presents to thee, alleluia.

### AT THE PRAYER OVER THE OFFERINGS

Orate, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Pray, brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.



Susci-pi- at Do-mi-nus sa-cri-fi-ci- um de ma-ni-bus tu-is ad  
 laudem et glo-ri- am no-mi-nis su- i, ad u- ti- li- ta- tem  
 quo-que nostram to- ti- usque Eccle-si- æ su- æ sanctæ.

May the Lord receive this sacrifice from thy hands to the praise and glory of his name, and also for our benefit and that of all his holy Church.

### PRAYER OVER THE OFFERINGS

Præsta quæsumus, Domine, ut, secundum promissionem Filii tui, Spiritus Sanctus huius nobis sacrificii copiosius revelet arcanum, et omnem propitius reseret veritatem.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that, according to the promise of Thy Son, the Holy Spirit may amply reveal the hidden meaning of this sacrifice, and may mercifully disclose all truth.

### AT THE PREFACE

Dominus vobiscum.

The Lord be with you.

Et cum spi- ri- tu tu- o.  
 Sursum corda.

And with thy spirit.  
 Lift up your hearts.

Ha-be-mus ad Do-mi-num.  
 Gratias agamus Domino Deo nostro.

We have lifted them up to the Lord.  
 Let us give thanks to the Lord our God.

Dig-num et jus-tum est.

It is meet and just.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus.

It is truly meet and right and incumbent upon us for our salvation that we should always and everywhere give thanks unto thee, O Lord, holy Father, almighty everlasting God.

Tu enim, sacramentum paschale consummans, quibus, per Unigeniti tui consortium, filios adoptionis esse tribuisti, hodie Spiritus Sanctus es largitus; qui, principio nascentis Ecclesiæ, et cunctis gentibus scientiam indidit deitatis et linguarum diversitatem in unius fidei confessione sociavit.

Quapropter, profusis paschalibus gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernæ virtutes atque angelicæ potestates hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes:


For, to consummate the paschal mystery, Thou dost today bestow on those whom Thou hast made adopted sons by union with Thy only-begotten Son that Holy Spirit who, at the very birth of the Church, poured forth the knowledge of the godhead on all peoples, and united men of diverse tongues in the confession of a single faith.

Wherefore, out of abounding paschal joy, the whole world breaks into praise, and the supernal virtues and the angelic powers likewise sing the praise of Thy glory, evermore saying:

### SANCTUS

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli, et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini Hosanna in excelsis.

Holy, holy, holy Lord God of hosts. Heaven and the earth are full of thy glory. Hosanna in the highest Blessed is he who cometh in the name of the Lord. Hosanna in the highest.



### THE CANON OF THE MASS

Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas et benedicas ✠ hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro N. et Antistite

Therefore, most gracious Father, through Jesus Christ, thy Son, our Lord, we humbly beg and beseech thee that thou accept and bless ✠ these gifts, this tribute, these holy and unspotted offerings, which, first of all, we offer thee for thy holy Catholic Church, that thou vouchsafe to keep and guide it in peace and unity and govern it throughout the whole world, with thy servant N. our pope and N. our bishop and all true

nostro N. et omnibus orthodoxis atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N. et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ: tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Communicantes, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, quo Spiritus Sanctus Apostolis in igneis linguis apparuit: sed et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genetricis Dei et Domini nostri Jesu Christi sed et beati Joseph, eiusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Hanc igitur oblationem servitu tis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum jubeas grege numerari.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque

believers who hold dear the catholic and apostolic faith.

Remember, Lord, thy servants and handmaidens N. and N. and all these here, whose faith and devotion unto thee are known and manifest, for whom we offer unto thee, or who them selves offer unto thee, this sacrifice of praise for them and theirs, for the redemption of their souls, for the hope of their salvation and safe-keeping, and who render their vows unto thee, the eternal, living and true God.

In the aforesaid fellowship, as we keep that holy day of Pentecost on which the Holy spirit appeared to the apostles in tongues of fire, we worshipfully keep the memorial o the glorious and ever-virgin mary the Mother of god and our Lord Jesus Christ, and likewise of the blessed Joseph, spouse of that same virgin and of thy blessed apostles and martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus, Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Laurence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian and of all thy saints, by whose merits and prayers do thou grant that in all things we may be defended with the help of thy protection.

Wherefore we beseech thee, Lord, that thou be pleased to receive this oblation of our bounden service and of all thy household, and order our days in thy peace, and grant that we be delivered from eternal damnation and numbered in the flock of thine elect.

Which oblation, we beseech thee, O God, to make wholly blessed, dedicated, ratified, spiritual and acceptable, so that it become the

coelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum the Father, and he shall come again with

facere digneris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi. Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

body and blood of thy most dearly beloved Son, our Lord Jesus Christ. Who the day before he suffered, took bread into his holy and worshipful hands, and lifting up his eyes to heaven unto thee, God almighty his Father, when he had given thanks unto thee, he blessed it, broke it and gave it to his disciples, saying:

ACCIPITE ET MANDUCATE  
EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADATUR.

TAKE AND EAT THIS  
ALL OF YOU,  
FOR THIS IS MY BODY  
WHICH SHALL BE GIVEN UP FOR YOU.

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens:


Likewise, after supper, taking this most honoured cup into his holy and worshipful hands, when he had again given thanks, he blessed it and gave it to his disciples, saying:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI,  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS EFFUNDETUR  
IN REMISSIONEM PECCATORUM.  
HOC FACITE IN MEAM  
COMMEMORATIONEM

TAKE AND DRINK THIS ALL OF YOU,  
FOR THIS IS THE CUP OF THE NEW AND  
EVERLASTING COVENANT  
OF MY BLOOD,  
WHICH SHALL BE SHED  
FOR YOU AND FOR MANY  
FOR THE REMISSION OF SINS.  
DO THIS IN REMEMBRANCE OF ME.


Mysterium fidei.

The mystery of faith.



Mor-tem tu- am annun-ti- a-mus, Do-mi- ne, et tu- am

We show thy death, O Lord, and proclaim thy resurrection till thou come.



re-sur-rec-ti- o- nem con-fi- te-mur, do- nec ve- ni- as.

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi, Filii tui, Domini nostri, tam beatæ passionis, necnon et ab inferis resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ ascensionis: offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ et Calicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justî Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ; ut, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti et gratia repleamur.

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum *N.* et *N.*, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur.

Nobis quoque peccatoribus familis tuis, de multitudine miserationem tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Joanne, Stephano, Marcellino, Matthia, Barnaba, Ignatio,

Wherefore, O Lord, we also thy servants and thy sanctified people, being mindful as well of the blessed passion as of the resurrection from the dead and the ascension into heaven of the same Christ our Lord, do offer unto thy excellent majesty, from the gifts that thou hast bestowed upon us, a pure sacrifice, a holy sacrifice, an undefiled sacrifice, the holy bread of eternal life and the cup of eternal salvation.

Vouchsafe with a gracious and favourable countenance to regard and to accept the same, as thou didst vouchsafe to accept the offerings of thy righteous servant Abel, and the sacrifice of our patriarch Abraham, and the holy and undefiled sacrifice that thy high priest Melchisedek did offer unto thee.

We humbly beseech thee, almighty God, that thou have these offerings brought by the hands of thy holy Angel unto thy altar on high, in the presence of thy divine majesty, so that as many of us as, partaking of this altar, shall receive thy Son's holy body and blood, may be replenished with every heavenly benediction and grace.

Remember, Lord, also thy servants and handmaidens *N.* and *N.* who are gone before us with the mark of faith and rest in the sleep of peace. We beseech thee, O Lord, that unto them and unto all such as rest in Christ, thou wilt grant a place of refreshing, of light and of peace.

Unto us sinners also, thy servants, trusting in the multitude of thy mercies, vouchsafe to give some portion and fellowship with thy holy apostles and martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Peter,

Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Felicity, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia and with all thy saints, within whose fellowship we beseech thee to admit us, not weighing our merits but pardoning our offences. Through Christ our Lord.


By whom, O Lord, all these gifts thou dost ever create, ever sanctify, ever quicken, ever bless and ever bestow upon us.

By whom and with whom and in whom, in the unity of the Holy Spirit, all honour and glory is unto thee, O God, Father almighty, world without end. Amen.

### THE LORD'S PRAYER

Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Instructed by saving command, and formed by divine institution, we make bold to say:




Pa- ter nos-ter, qui es in cæ- lis: San-cti- fi- ce- tur no- men



tu- um: Ad ve- ni- at re- gnum tu- um: Fi- at vo- luntas tu- a,




si- cut in cæ- lo, et in ter- ra. Pa- nem nos- trum co- ti- di- a-



num da no- bis ho- di- e: Et di- mit- te no- bis de- bi- ta nostra,



si- cut et nos di- mit- timus de- bi- to- ri- bus nos- tris. Et ne nos



indu- cas in ten- ta- ti- o- nem. Sed li- be- ra nos a ma- lo.

Our Father, who art in heaven; hallowed be thy Name; thy kingdom come; thy will be done, on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us, and lead us not into temptation, but deliver us from evil.

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiæ tuæ adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Jesu Christi.

Deliver us, we beseech thee, O Lord, from all evils. Mercifully grant us peace in our time, that, assisted by thy mercy, we may ever be free from sin and safe from all disquiet, as we look for the blessed hope and the coming of our saviour Jesus Christ.



Qui-a tu-um est re-gnum, et po-tes-tas, et glo-ri-a in sæ-cu- la.

For thine is the kingdom and the power and the glory for ever and ever.

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

O Lord Jesus Christ, who didst say to thy apostles: Peace I leave with you, my peace I give unto you, regard not our sins but the faith of thy Church, and be pleased to grant it peace and unity according to thy will, who livest and reignest for ever and ever. Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

May the peace of the Lord be with you always.

Et cum spiritu tuo.  
Offerte vobis pacem.

And with thy spirit.  
Give to one another the sign of peace.

### AGNUS DEI

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, grant us peace.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

Behold the Lamb of God that taketh away the sins of the world. Blessed are they who are called to the supper of the Lamb.

Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

Lord, I am not worthy that thou shouldst enter under my roof, but speak the word only and my soul shall be healed.

COMMUNION ACTS 2: 2-4; Ps. 67: 2-4

with motet by Jacobus Gallus

Factus est repente de cælo sonus  
advenientis spiritus vehementis, ubi  
erant sedentes, alleluia: et repleti sunt  
omnes Spiritu Sancto, loquentes  
magnalia Dei, alleluia, alleluia.

V. Exsurgat Deus, et dissipentur  
inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum,  
a facie ejus.

V. Sicut deficit fumus, deficient: sicut  
fluit cera a facie ignis, sic pereant  
peccatores a facie Dei.

V. Et justi epulentur, et exsultent in  
conspectu Dei, et delectentur in lætitia.

There came suddenly a sound from heaven as of  
a mighty wind coming, where they were sitting,  
alleluia: and they were all filled with the Holy  
Spirit, speaking the wonderful works of God,  
alleluia, alleluia.

V. Let God arise, and let his enemies be  
scattered: and let them that hate him flee from  
before his face.

V. As smoke vanisheth, so let them vanish  
away: as wax melteth before the fire, so let the  
wicked perish at the presence of God.

V. And let the just feast, and rejoice before  
God: and be delighted with gladness.

POSTCOMMUNION

Deus, qui Ecclesiæ tuæ cælestia dona  
largiris, custodi gratiam quam dedisti, ut  
Spiritus Sancti vigeat semper munus  
infusum, et ad æternæ redemptionis  
augmentum spiritualis esca proficiat.

O God, who abundantly bestowest heavenly  
gifts upon thy Church, guard the grace which thou  
hast given; so that the infused gift of the Holy  
Spirit may alwys flourish and the spiritual food  
may aid in the increase of eternal redemption.


BLESSING & DISMISSAL

Benedicat vos omnipotens Deus,  
Pater, et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus.

Ite, missa est, alleluia, alleluia.

May almighty God bless you, Father,  
Son, ✠ and Holy Spirit.

Go, the Mass in ended, alleluia., alleluia.



Deo gra-ti-as, al-le-lui-a, al-le- lu- ia.

Thanks be to God, alleluia, alleluia.